

in eadem substantia, sed in uno genere nominantur: ut
 Quisque enim est habitus, quae tanquam accidentia insunt
 in anima, a qua abesse possunt; anima, in qua haec
 sunt, alia aliter effecta & disposita, ut liqueat, aliud
 esse de substantia loqui; aliud de illis, quae substantia
 accidunt. Atque fit aliquando, ut albu[m] quide[m] et nigr[u]m
 quae abesse non possunt ab illis, in quibus insunt, nemo
 tamen ab his unquam illa, in quibus haec sunt, nomina-
 rit: nullus enim cum voluit significare lac, potius no-
 mine albi abusus est, quam usum nomine substantia
 inposito specie, ne pro uno multa significare videatur,
 quibus inest albus color: quin etiam coram non de-
 claramus nomine nigri, sed nomine rei & specie: haec
 igitur et huiusmodi qualitates inseparabiles sunt: vir-
 tutes autem & vitia in anima ex qualitatibus, quae acci-
 dent, sunt, ut magis conveniant, ut minime videatur
 substantia hominis ab his nominari: sed oportere hanc
 proprie significare: nemo igitur quod est homo, ex vitio,
 quod alibi inest, significaverit: sed primo specie sub-
 stantia dixerit, deinde quae sit, adiciat; postea qua-
 litate in eo dicit. Qualitates igitur contrarias, sicut
 ante dixi, in illis, quae accidunt, reperiri possunt, partim
 quidem separabiles, partim vero non: in Deo autem omnis
 qualitas recta est, quandoquidem nihil eorum, quae de eo
 dicuntur, aliud est praeter ipsum: simplex enim est, et
 compositionis expertus: cogitatione tamen, ut superius
 dixi est, prius est esse, quam talem esse. Quamobrem
 usum dicimus, si utraque eorum, quae Manichaei con-
 traria esse dicit, substantia sive rei & ingemita
 sunt, non enim negabunt, vel ambo bona ut magis
 ad id quod bene pieque sonat, propter vere bonum ipsum
 contrarium: quod dicit, quod minime est, trahatur,
 non enim dicimus, vel contra,